Morbio 26 (127)

PHILIPPVS

Dei gratia Rex Castellæ Legionis Aragonum, vtriusq; Siciliæ, Hierusalem Portugaliæ, Nauarræ necnon Indiarum etc. Archidux Austriæ, Dux Mediolani, Burgundiæ, & Brabantiæ, Comes Habspurgi, Flandriæ, et Tirolis etc. Recognoscimus, et notum facimus tenore præsentium vniuersis. Supplicatio nobis fuisse ex parte fidelium nobis dilectorum hominum oppidi Robequi Cremonensis Prouintiæ, vt eisdem facultatem concederemus, quod in dicto oppido in singulis diebus mercoris cuiuslibet hedobmadæ forum, siue mercatum bestiarum viuentium erigere, exercere, et celebrare possint sabla ratione vtilitatis maximæ eiusdem ex eo in eodem oppido, aliisq; circunvicinis sequuturam intelligitur. Nos autem dictorum hominum præcibus vissis, habitaq; super præmissis informatione à Magistratibus nris ordinario, et extraordinario Ducatus nri Mediolani, et à Gubernatore nro eiusdem status eorundem petitioni modo infranarrando, annuendum decreuimus. Tenore igitur præsentium ex certa scientia Regiaq; et Ducali auctoritate nra deliberatè, & consulto, ac ex gratia speciali, maturaq; sacri nostri supremi consilij accedente deliberatione supradictis hominibus oppidi Robequi dictam licentiam, et facultatem damus, concedimus, et impartimur celebrandi dictum forum seu mercatum bestiarum viuentium in singulis diebus mercoris cuiuslibet hedobmadæ absq; alicuius contradictione modo nefiat præiuditium Regio, et Ducali fisco nro, nec alicui particulari, et quod soluantur gabellæ, et datia solita, et consueta, et seruentur in dictorum datiorum exactione receptioneq; ordines datiarij, et quidquid in aliis similibus mercatis seruari solet, necnon quod Præfectus Badolani in omnibus diebus singulis diebus dicti fori seu mercati stet in dicto oppido Robequi ad componendum lites, quæ ex dicto foro oriri possint, et hoc habita ratione, quod in ipso loco Robequi præfectus minimè sit. Mandantes propterea Illustri Gubernatori nro presenti, et futuris Præsidi, et Senatui Præsidibus, et Magistris vtriusq; Magistratus Thesaurario nro generali, seu id officium regenti, cæteisq; officialibus, et subditis nostris Mediolanensis Dominij ad quos spectat, et spectabit, vt has nras concessionis literas modis, formis et conditionibus supranarratis obseruent, et exequantur, obseruariq; et exequi faciant, prout quoscunq; Harum testimonio literarum manu nostra subscriptarum, et sigilli nri appensione munitarum Datæ quod erunt Regiis [illegible] die vigesimo tertio Augusti Anno a Natiuitate Domini Millesimo Sexcentesimo decimo quarto.

Ad mandatum Reiæ &
Cathesis Maiestatis Prouisum
Ludouicus Ortiz de Marcenado

Reg.to in libro Priuilegiorum Reg.ti Cancellariæ Secretæ in fol. 192
Ioannes Sampayanus Cancellarius

Concede V. M.tad licencia de dar feria mercado los miercoles de cada semana al Lugar de Robecco en el Estado de Milan para que los dichos vecinos y moradores de los Lugares de Lasordenes de Nuarias [illegible] Consultado

Morbeo 26
(127)

1614.
Aug 23

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-188076623X-14/fragment/page=0002